QUid *miri?* aſſiduus vix diva negotia tractas,
Et jam propellis doctior ore lupos?
Admiranda facis: totus *mirabitur* orbis
Miros profectus, ingeniumque tuum.

Pauculis hiſce largo affectu, at tenui Minervâ exaratis admirandos Dn. Reſpondentis conatus admirabatur, iisdemq́; applaudebat

SALOMON BERTHOLDUS, Opp.

TE video *mirum! mire miranda* tueri
Septem quæ monſtras *mira*, ſed eſſe rata.
Nec *mirum* quod laude queas *miranda* probare,
Muſæ cui dotes quippe dedere graves.
Admiranda tamen *miri* ſolertia cœpti
Dum contra Papam dogmata vera probas
Heu! quantum gaudent cuncti, *mirabile* dictu,
Sic lucri quantum! Patria noſtra feret.

Hæc Domino ſuo Conterraneo tenui quidem vena ſed utroque pollice ſcribſit

J. G. WESTERWALDT.

Coll. diss. A. 2, misc. 69